



# BOLETÍN ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE ASTORGA.

*Obispado de Astorga.*

## Circular.

Por conducto del Excmo. y Reverendísimo Señor Nuncio de Su Santidad en estos reinos hemos recibido los importantes y preciosos documentos que insertamos á continuación.

## DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Ad præsidium columenque militantis Ecclesiae virum sanctissimum excitavit misericors Deus, Dominicum Guzmanum, inclitum Ordinis Prædicatorum conditorem et patrem, qui pugnare pro Ecclesia catholica aggressus est, maxime precatione confisus, quam Sacri Rosarii Mariani nomine primus instituit, et per se suos Alumnos longe lateque disseminavit. Admirabilem

hanc orandi formulam nobilis instar tesseræ christianæ pietatis Catholici semper habere consueverunt. Quare vix ac Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ad opem a Iesu Christo per Mariam Virginem Ejus Matrem præsentibus necessitatibus impetrandam integrum mensem Octobrem Rosarii precibus in toto catholico Orbe hoc anno exigendum, encyclicis datis Litteris, indixit; ubique sacrorum Antistites et fideles populi, supremi Pastoris voluntati obtemperantes, frequentissima Rosarii recitatione pietatis suæ et dilectionis erga Dei Matrem peramantissimam splendida arguenda exhibuerunt, certam spem foventes se, eadem Beatissima Virgine opitulante, a cælesti misericordiarum Patre in præsentibus tam privatis, quam communibus christianæ reipublicæ calamitatibus efficacius optata subsidia impetraturos.

Jamvero Sactissimus idem Dominus Noster summopere cupiens

tum augeri cultum erga ipsam augustam Dei Genitricem hac præsertim orandi consuetudine eidem Virgiui gratissima, tum Christi fideles ad hoc obsequium Ei præstantum magis magisque excitari, humillimas preces sibi oblatas a Rmo. Patre Josepho Maria Larroca Magistro Generali Ordinis Predicatorum, nimirum ut Littaniis Lauretanis addendam indulgeat Reginæ a Rosario invocationem, quæ jamdudum apud Dominicanam Familiam in usu est, benigne ac perlitter excepit. Voluit propterea Sanctitas Sua præcepitque ut ceteris Littaniarum Lauretanarum beatæ Mariæ præconiis, et hoc in Ecclesia universa in posterum addatur postremo loco, scilicet «*Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis.*»

Mandavit præterea super his expediri Litteras in forma Brevis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 Decembris de 1883.

—D. Cardinalis Bartolinius, S. R. C. Praefectus.—L. ✠ S.—Laurentius Salvati, S. R. C. Secretarius.

---

### LEO PP. XIII.

#### AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Salutaris ille *spiritus precum*, misericordiæ divinæ munus idem et pignus, quem Deus olim effundere pollicitus est *super domum David et super habitatores Jerusalem*, etsi numquam in Ecclesia catholica cessat, tamen experrectior ad permovendos animos tunc esse videtur cum homines magnum aliquod aut ipsius Ecclesiæ aut republicæ tempus adesse vel impedere sentiunt. Solet enim in rebus trepidis excitari fides pietasque adversus Deum,

quia quo minus appetet in rebus humanis præssidii, eo maior esse cœlestis patrocinii necessitas intellegitur.—Quod vel nuper perspexisse videmur, cum Nos diuturnis Ecclesiæ acerbitatibus et communium temporum difficultate permoti, pietatem christianaorum per epistolam nostram Encyclicam appellantes, Mariam Virginem sanctissimo Rosarii ritu colendam atque implorandam Octobri mense toto decrevimus. Cui quidem voluntati nostræ obtemperatum esse novimus studio et alacritate tanta, quantam vel rei sanctitas vel caussæ gravitas postulabat. Est enim neque in hac solum Italia nostra sed in omnibus terris pro re catholica, pro salute publica, supplicatum: et Episcopis auctoritate, Clericis exemplo opera que præeuntibus magnæ Dei matribus certatim honos. Et mirifice sane Nos declaratæ pietatis ratio multiplex delectavit: templa magnificentius exornata: ductæ solemniteru pompa: ad sacras conciones, ad synaxin, ad cotidianas Rosarii preces magna ubique populi frequentia. Nec præterire volumus quod gestienti animo accepimus de nonnullis locis, quos procella temporum vehementius afligit: in quibus tantus extitit fervor pietatis, ut presbyterorum inopiam privati redimere, quibus in rebus possent, suomet ipsi ministerio maluerint, quam sinere ut in templis suis indictæ preces silerent.

Quare dum præsentium malorum sensum spe bonitatis et misericordiæ divinæ consolamur, inculcari bonorum omnium animis intelligimus oportere, id quod sacræ Litteræ passim aperteque declarant, sicut in omni virtute, sic in ista, quæ in

obsecrando Deo versatur, omnino plurimum referre perpetuitatem atque constantiam. Exoratur enim placaturque precando Deus: hoc tamen ipsum, quod se exorari sinit, non solum bonitati suæ, sed etiam perseverantiæ nostræ vult esse fructum.—Talis autem in orando perseverantia longe plus est hoc tempore necessaria, cum tam multam Nos tamque magna, ut sæpe diximus, circunstent ex omni parte pericula, quæ sine præsenti Dei ope superari non possunt. Nimis enim multi oderunt *omne quod dicitur Deus et colitur*: oppugnatur Ecclesia neque privatorum dumtaxat consiliis, sed civilibus persæpe institutis et legibus; christianæ sapientiæ adversantur immanes opinionum novitates, ita plane ut et sua cuique et publica tuenda salus sit adversus hostes acerrimos, extrema virium conjuratos experiri. Vere igitur hujus tanti prœlii complectentes cogitatione certamen, nunc maxime intuendum animo esse censemus in Jesum Christum Dominum Nostrum qui quo Nos ad imitationem eruditet sui, *factus in agonia prolixius orabat*.

Ex variis autem precandi rationibus ac formulis in Ecclesia catholica pie et salubriter usitatis, ea, quæ Rosarium Mariale dicitur, multis est nominibus comendabilis. In quibus, quemadmodum in Litteris nostris Encyclicis confirmavimus, illud per magnum, quod est Rosarium præcipue implorando Matris Dei patrocinio adversus hostes catholici nominis institutum: eaque ex parte nemo ignorat, sublevandis Ecclesiæ calamitatibus idem sæpe et multum profuisse. Non solum igitur privatorum pietati, sed pu-

blicis etiam temporibus est magnopere consentaneum, istud precandi genus in eum restituvi honoris locum quem diu obtinuit, cum singulæ christianorum familiæ nullum sibi abire diem sine Rosarii recitatione paterentur. His Nos de causis omnes hortamur atque obsecramus, ut quotidianam Rosarii consuetudinem religiose et constanter insistant: itemque declaramus, Nobis esse in obtatis ut in Diœceseon singularum templo principe quotidie, in templis Curialibus diebus festis singulis recitetur. Huic autem excitandæ tuendæque exercitationi pietatis magno usui esse poterunt familiæ Ordinum religiosorum et præcipuo quodam jure suo sodales Dominiciani: quos omnes pro certo habemus tam fructuoso nobilique officio minime defuturos.

Nos igitur in honorem magnæ Dei genitricis Mariæ; ad perpetuam recordationem implorati ubique gentium per mensem Octobrem a purissimo Ejus Corde præsidii; in perenne testimonium amplissimæ spei, quam in Parente amantissima reponimus, ad propitiam ejus opem magis ac magis in dies impetrandam, volumus ac decernimus, ut in Litteris Lauretanis, post invocationem, *Regina sine labe originali concepta*, addatur præconium *Regina sacra-tissimi Rosarii, ora pro nobis*.

Volumus autem, ut hæ Litteræ Nostræ firmæ retæque, uti sunt, ita in posterum permaneant: irritum vero et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contingit attentari: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV Decembris An. MDCCCLXXXIII,

Pontificatus Nostri Anno Sexto.—  
Th. Card. Mertel.

DECRETUM  
**Urbis et orbis.**

Jam inde ab anno MDCCCLIX sa. me. Pius PP. IX, ad impetrandum Dei opem, quam tempora difficultia et aspera flagitabant, præcepit, ut, in templis omnibus Ditionis Pontificiae certæ preces, quibus sacras indulgentias adjunxerat, peracto sacrosancto Missæ sacrificio, recitarentur. Jamvero gravibus adhuc incidentibus malis, nec satis remota suspicione graviorum, cum Ecclesia catholica singulari Dei præsidio tantopere indigeat, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII opportunum judicavit eas ipsas preces nonnullis partibus immutatas toto orbe persolvi, ut quod christianæ reipublicæ in commune expediat, id communi prece populus christianus a Deo contendat, aucto que supplicantium numero divinæ beneficia misericordiæ facilius assequatur. Itaque Sanctitas Sua per præsens Sacrorum Rituum Congregationis Decretum mandavit, ut in posterum in omnibus tum Urbis tum catholici orbis Ecclesiis preces infra scriptæ, ter centum dierum Indulgentia locupletatæ, in fine cuiusque Missæ sine cantu celebrazione, flexis genibus recitentur, nimirum:

«Ter Ave Maria, etc.

*Deinde dicitur semel Salve Regina, etc. et in fine.*

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, et præsta; ut, intercedente gloriosa et Immaculata Virgine Dei genitrice Maria, beato Iosepho, ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, quod in præsentibus necessitatibus humiliter petimus, efficaciter consequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die Epiphaniæ Domini VI Ianuarii MDCCCLXXXIV.—D. CARDINALIS BARTOLINIUS, S. R. C. *Præfector.*—L. ♫ S.—LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. *Secretarius.*

Aunque felizmente en nuestra Diócesis se halla ya en práctica, con pequeñas modificaciones, lo ordenado por Su Santidad en las precedentes Letras, en virtud de lo mandado y dispuesto por nuestros dignísimos Predecesores en los mandatos generales de Santa visita y disposiciones particulares, que Nos hemos confirmado; sin embargo, secundando los justos y piadosos deseos de nuestro Smo. Padre, no podemos menos de encargar y encarecer al Clero del Obispado su mas exacto cumplimiento, esperando del cielo y religiosidad de todos nuestros cooperadores, que exhortarán y excitarán á los fieles, á que perseveren en esta santa y loable costumbre de rezar el Santo Rosario á la Purísima Virgen María, no sólo en los días designados en las mencionadas Letras Apostólicas, sinó diariamente en sus casas con sus respectivas familias, para alcanzar del Señor los copiosos y abundantes

beneficios, así espirituales como temporales, que por dicha devoción recibimos. Por lo tanto, siempre que se rece ó cante la letanía lauretana, se añadirá, después de la invocación *Regina sine labe originali concepta, ora pro nobis*, esta otra, *Regina sacratissimi Rosarii, ora pro nobis*: y terminado el Santo Sacrificio de la misa, se rezarán de rodillas las tres *Ave-Marias* y la *Salve Regina Mater* con el verso y oración, que, por separado é impreso, remitimos á los Señores curas, con el objeto de que pueda ponerse en una tablilla para mayor comodidad del sacerdote, y duración, advirtiendo desde luego á los fieles las indulgencias, que por esta recitación concede Su Santidad.

Astorga, 29 de Febrero de 1884.  
—**Mariano**, Obispo de Astorga.

**SECRETARÍA DE CÁMARA  
y Gobierno**

DEL OBISPADO DE ASTORGA.

CONTINÚA la suscripción de donativos voluntarios abierta en esta Diócesis á favor de la Santa Sede.

Rvn. Cént.

*Suma anterior.* . 36,948 5

Sr. D. Domingo Martínez Brezmes, Canónigo de esta Sta. A. I. Catedral.	20
El párroco de Castrillo de los Polvazares. . .	20
Algunos de sus feligreses.	23 46
D.ª Isabel S. Román, vecina de esta ciudad. . .	40

Una vecina de Pobladura del Valle. . . . .	4
D. Santiago Fernández, médico en esta ciudad. .	20
Del cepillo de Pozuelo de Tábara. . . . .	30 25
El coadjutor de Cernado.	20
Su sirviente. . . . .	10
Los vecinos de id. . . . .	52
El párroco de Grijoa. .	40
Sus feligreses. . . . .	13
El coadjutor de Mormentelos. . . . .	20
Sus feligreses. . . , .	32
El coadjutor de Villarmeán	20
Los vecinos de id. . . . .	20
El párroco y feligreses de la Granja . , .	10
El arcipreste y párroco de Congosto. . . . .	40
Del cepillo de id. . . . .	41 75
El párroco y feligreses de Sta. Colomba de Soria. . . . .	120
El id. é id. de Milles de la Polvorosa. . . . .	40
El id. é id. de Pradilla y su anejo Valdelaloba. .	72
El párroco de Pinza. . . .	30
El maestro de instrucción primaria de id. . . . .	10
El párroco de Laroco. . .	40
El coadjutor de id. . . . .	15
D. Ramón Quiroga, vecino de id. . , . . .	20
D. Pedro Prada, id. id. .	4
Melchor Rodríguez, id. id. .	5
Otros varios feligreses de id. . . . .	17
El arcipreste y párroco de Posadilla y sus feligreses. . . . .	100
El ecónomo de Cunas. . .	20
El párroco de Faramontanos de Tábara. . . . .	30
Sus feligreses. . . . .	33 27

El párroco y feligreses de Villanueva de Valdueza.	80	El párroco y feligreses de Almagarinos.	24
El id. é id. de Doney. . .	60	El id. é id. de Valdespino de Somoza. . . .	60
El párroco de Sta. María de la Isla, sus feligreses y los vecinos de S. Martín (por 2.ª vez). . . .	16	El párroco de Quintanilla de Somoza. . . .	40
D. Andrés Rodríguez de Cela, vecino de esta ciudad. . . .	40	Sus feligreses. . . .	8 40
El párroco de Sta. Leocadia del Sil. . . .	40	El coadjutor y feligreses de Boisán. . . .	20
El de Benuza. . . .	40	El párroco de Yeres y las Vegas. . . .	20
Los vecinos de id. y de Sotillo. . . .	40	Sus feligreses. . . .	14
El párroco y feligreses de S. Martín de Manzaneda	120	D.ª Sabina Trincado, vecina de las Vegas. . . .	10
El id. é id. de Murias de Rechivaldo. . . .	60	El párroco y feligreses de Tabuyo. . . .	40
El de S. Brégimo de Trives	20	El de Sta. Eulalia de Cabrera. . . .	20
D. Manuel Rodríguez Ojea, vecino de id. . . .	16	Sus feligreses. . . .	27 60
Varios vecinos de id. . .	5	El arcipreste párroco de Valcabado. . . .	30
El párroco de Melgar de Tera. . . .	20	Del cepillo de id. . . .	14 40
Algunos feligreses de id.	148	El párroco de S. Román de la Vega. . . .	40
D. Juán Pérez, vecino de id. . . .	8	Prudencio Alonso, vecino de id. . . .	8
D. Eduardo Román, id. id.	4	Varios otros vecinos de id. . . .	12
El párroco y feligreses de Santiváñez de Tera. . .	100	El párroco de Carracedo. . . .	80
El de Villanueva de las Peras. . . .	100	Varios vecinos de id. . . .	37 20
Sus feligreses. . . .	82	Los de Campañana. . . .	4
El párroco y feligreses de Vecilla de la Vega. . .	40	El párroco y feligreses de S. Feliz de Valdería. . .	100
El id. é id. de Sta María de Valverde. . . .	300	Los vecinos de su anejo Calzada. . . .	42
D. Marcelino Ballesteros, párroco jubilado de Gavilanes. . . .	50	El párroco y feligreses de Azadón. . . .	100
El economo de S. Martín del Agostedo. . . , .	20	El arcipreste y párroco de Castrocontrigo. . . .	40
El párroco de Murias de Somoza. . . .	20	Su sobrino. . . .	2
Sus feligreses. . . .	7	Su sirviente. . . .	4

Josefa Gómez, vecina de id.	4
Manuel Gómez, id' id. . . .	4
Del cepillo de id. . . .	21
El párroco de Pedrazales.	20
El de Vecilla de la Polvoroza y sus feligreses. . . .	46
El coadjutor y feligreses de Pozuelo de Vidriales.	70
El id. é id. de Sta. Croya de Tera. . . . .	204
El párroco de Coba. . . .	20
El párroco y feligreses de Moreruela de Tábara. . . .	60
El id. é id. de Escuredo de Sanabria. . . . .	40
El id. é id. de Carbajalinos.	32
El id. é id. de Tombrio de arriba. . . . .	40
El de S. Agustín de Villafáfila. . . . .	21
Un devoto de Su Santidad.	34
<i>Suma. . .</i>	<u>40921 25</u>

Cuya suma de cuarenta mil novecientos veintiún reales y veinticinco céntimos se remitió con esta fecha á Ntro. Smo. Padre el Papa León XIII por conducto del Excelentísimo Sr. Nuncio Apostólico en estos Reinos.

(Continúa abierta la suscripción.)

Astorga, 28 de Febrero de 1884.  
—Lic. Hipólito Rodríguez Malagón.  
—Canónigo Secretario.

### CUESTIONES LITÚRGICAS.

PRIMERA. ¿Quedan comprendidos en el decreto de reducción de fiestas, dado por Su Santidad Pio IX en 2 de Mayo de 1867, los Santos Patrones de los lugares?

Grandemente se discutió esta materia, y eran poderosas las razones que se aducían en contra, hasta que la Santa Sede ha hecho cierta la sentencia afirmativa con dos recientes decisiones.

El ilustrado Sr. Solans, en su *Manual litúrgico*, defendía con robusta erudición que los Patronos de los lugares debían ser *colendos* como antes. Fundábase: primero en que la Santa Sede no hizo de ellos especial derogación, y la Sagrada Congregación de Ritos, en el preámbulo de dicho decreto, decía que quedaban en todo su vigor las fiestas allí no derogadas; segundo, corroboraba su aserto con las siguientes palabras tomadas de una Pastoral del Sr. García Cuesta, Cardenal Arzobispo de Santiago: «El decreto Pontificio nada dice de los Patronos, ó mas bien Titulares de las parroquias, por lo que no se hará novedad hasta que recaiga alguna aclaración sobre el particular;» y tercero, en términos parecidos se expresaba por el mismo tiempo otro Prelado, que exhortaba á celebrar y guardar religiosamente como días de precepto, ínterin no se determinara otra cosa, las fiestas de los Patronos de los pueblos. Apoyado en estas y algunas otras autoridades no menos respetables, concluía diciendo: «Resulta, pues, de todo lo expuesto que los Patronos de los lugares en España deben celebrarse de la misma manera que antes del decreto de reducción; esto es, con rito doble de primera clase y octava, fiesta de precepto, y, por consiguiente, aplicación de la Misa *pro populo*.

Sin embargo, con posterioridad aparecieron dos decretos, por los

cuales se incluyen definitivamente en el número de las fiestas suprimidas las que se celebraban en honor de los Santos Patronos de los pueblos: y así queda completamente decidida la cuestión, como dice muy bien el expresado Sr. Solans al rectificar en su misma obra la doctrina precedente. *Roma locuta: causa finita.*

El primer decreto aludido es de la Sagrada Congregación de Ritos en contestación á la consulta que hizo el Sr. Obispo de Orihuela, sobre sí, además del Santo Patrón de la diócesis, debían guardarse, bajo el doble precepto de la Misa y de abstinencia de obras serviles, las fiestas de los Santos Patronos de los respectivos pueblos.—A esto contestó la Sagrada Congregación en 10 de Junio de 1870; «*Serventur in casu dispositiones articuli V, decreti diei 2 Maii 1867.*»

El segundo decreto es de la Santidad de León XIII que, á la consulta análoga del Sr. Obispo de Gerona, declara por conducto de la Sagrada Congregación, con fecha 9 de Setiembre de 1880, abrogada la obligación de oir Misa (y por consiguiente de abstenerse de trabajos serviles) en las fiestas de los Santos Patronos de las respectivas parroquias.—En su virtud, el Rdo. Prelado gerundense hace á los señores curas párrocos, economos y regentes, cuatro advertencias que transcribimos á continuación por considerarlas muy oportunas.

«1.<sup>a</sup> Que adviertan á sus respectivos feligreses, para evitar pecados que por conciencia errónea tal vez podrían cometer, *que ha cesado la obligación de oir Misa y la de abstenerse de trabajar en el día del Santo*

Patrón de la parroquia, ó de algún vecindario de la misma, á no ser que dicho día sea festivo bajo otro concepto.

»2.<sup>a</sup> Si en vista de lo que llevamos manifestado, prevaleciese en la parroquia la idea ó el deseo de trasladar la fiesta de su Santo Patrón al primer domingo libre, en conformidad á lo prevenido en el referido art. 5.<sup>o</sup>, lo pongan en nuestro conocimiento para resolver lo oportuno.

»3.<sup>a</sup> Si, no obstante lo dicho, persistiesen sus parroquianos en querer continuar celebrando la expresada fiesta en el día propio ó acostumbrado, seguirán procurando por su parte, sin embargo de haber cesado el doble precepto, que las funciones religiosas, y especialmente la Santa Misa, se celebren en el mismo día con todo el esplendor posible, y á la hora más oportuna para la asistencia de los fieles.

(Se continuará.)

#### CEDULAS DE EXÁMEN Y CONFESIÓN.

Se continúan haciendo en la imprenta de este BOLETIN con bonitos adornos, á los precios siguientes: Por 500 cédulas, 10 reales. Por 1.000, 16 id. Por 2.000, 26 id. Por cada 1000 de aumento, 8 id.

Los Sres. Párrocos que deseen encargarlas pueden dirigirse en carta incluyendo su importe en letra del giro mútuo, á esta Imprenta, y serán remesadas á los puntos que designen, francas de porte.